

rentibus dare alii viro, nisi illa omnino resistat; tamen ad monasterium licet ire, si voluerit. Illa autem desponsata si non vult habitare cum eo viro cui est desponsata, a reddatur ei pecunia quam dedit, et tertia pars addatur; sin autem illa noluerit, perdat pecuniam quam pro illa dedit. Puella autem tredecim annorum sui corporis potestatem habet. b Puer usque ad quindecim annos sit in potestate patris sui. Tunc seipsum potest monachum facere. Puella vero sexdecim vel septemdecim annorum, in potestate parentum. Post autem hanc ætatem patri non licet filiam suam contra ejus voluntatem in matrimonium dare.

## CAPUT XII.

*De servis et ancillis.*

Pater filium necessitate coactus potestatem habet tradere in servitium septem annos; deinde sine voluntate filii licentiam tradendi non habet. Homo tredecim annorum seipsum potest facere servum. Non licet homini servo tollere pecuniam, quam ipse acquisivit. c Si servum et ancillam dominus amborum in matrimonium conjunxit, postea liberato servo vel ancilla, si non potest redimi quæ in servitio est, libero licet ingenuam conjungere. d Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit, non habeat licentiam dimittere, si ante cum consensu amborum conjuncti sunt. Si prægnantem quis liberam comparat, e liber est ex ea generatus. Qui ancillam prægnantem mulierem liberat, quem generat est servus.

## CAPUT XIII.

*De diversis questionibus.*

f Jejunia legitima tria sunt in anno [Al., pro po-

a Capitl. C. M. l. vi, c. 25.

b Theod. capit. 86, 116, 118, t. IX Spicilleg.; conc. Tolet. x, c. 6; Excerpt. Egb. Eborac., c. 90, 91; l. 1 Capit., c. 46 et c. 115; Regin. l. ii, c. 177; Burch. l. 8, c. 18.

c Theod. cap. 71, t. IX Spicilleg.; Excerpt. Egb. Ebor. c. 124, canon *Dicit.* Burch. l. ix, c. 19.

d Ex conc. Matiscensi, Capitl. l. vi, c. 94.

e Al. cap. Theod. 74, t. IX Spicil.

f Theod. cap. 1. 9, t. IX Spicilleg.; l. vi Capitl., c. 184.

pulo]; præterea quadraginta ante Natale Domini, et post Pentecosten quadraginta dies [Add., noctes]. De promissione sua laici non debent facere moram, quia mors non tardat. g Servo Dei nullatenus licet pugnare, multorum licet sit consilio servorum Dei. h Infans pro infante potest dari ad monasterium Deo, quamvis alium vovisset: tamen melius est votum implere; similiter pecora i æquali pretio possunt mutari, si necesse sit. Rex si alterius regis terram habet, potest donare pro anima sua. Inventio in via tollenda est, i si inventus fuerit possessor, reddatur ei. Tributum ecclesiæ sit sicut est consuetudo provinciæ, id est, ne tantum pauperes in decimis aut in aliquibus rebus vim patiantur. Decimas non est legitimum dare nisi pauperibus et peregrinis. Pro reverentia regenerationis in albis Pentecostes orandum est, in quinquagesima oratur. Oratio potest sub velamine esse, cum necessitas cogit. Qui pro homine mortuo jejunat, seipsum adjuvat. De mortuo autem Dei solius est notitia. k Infirmis licet omni hora cibum et potum sumere, quando desiderant vel possunt, si opportune possunt.

## CAPUT XIV

*De reconciliatione.*

Romani reconciliant hominem intra absidem: Græci nolunt. Reconciliatio poenitentium in cœna Domini tantum est ab episcopo, et consummata poenitentia. l Si vero episcopo difficile sit, presbytero potest necessitatis causa præbere potestatem, ut impleat. Reconciliatio in hac provincia non est, quia et publica poenitentia non est.

g Theod. cap. 59; t. IX Spicilleg.

h Cap. 42. Vide notas.

i Theod. cap. 22, t. IX Spicilleg.; Burch. l. viii, c. 6.

j V. Aug. serm. de verbis Apost. c. 6.

k Burch. l. xviii, c. 20; Ivo p. 15, c. 42; et cong. Mog. c. 20.

l Halitg. in præfat. Poenit. Rom.; Regino l. i de Eccl. Discipl., cap. 296, constitutiones Edmuadi arch. Cantuariensis, c. 12.

## CAPITULA THEODORI

## CAPITULUM PRIMUM.

Pœnitentia illius anni unius, qui in pane et aqua jejunandus est, isto ordine observari debet.

a Pœnitentia illius anni unius, qui in pane et aqua jejunandus est, talis esse debet in unaquaque hebdomada. Tres dies, id est feriam quintam et sabbatum, a vino, medone, mellita et cervisia, a carne et sagimine, a caseo et ovis, et ab omni pingui pisce se absteineat. Manducet autem minutos pisciculos, si habere potest. Si habere non potest, tantum unius

a Antiquus liber Pœnitent. Andegavensis, cap. *De remedio pœnitentis.*

D generis piscem, et legumina, et olera, et poma, s vult, comedat, et cervisiam bibat; et in diebus Dominicis, et in Natali Domini illos quatuor dies; et in Epiphania unum diem; et in pascha, usque ad octavum diem; et in Ascensione Domini, et Pentecostes, quatuor dies; b et in festo sancti Joannis Baptistæ, et sanctæ Mariæ, et sanctorum duodecim Apostolorum, et sancti Michaelis, et sancti Remigii, et Opnium Sanctorum, et sancti Martini, et in illius sancti festivitate, qui in illo episcopatu celebris habetur.

b Concilium Triburiense sub Formoso papa, cap. 56 - 58.

In his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis, id est, utatur eodem cibo et potu quo illi, sed tamen ebrietatem et ventris ingluviem semper in omnibus caveat.

Iste annus secundus est ab illo anno, qui pane et aqua jejunandus est. Et post illum jejunandus est, qui etiam dandus est illis qui viros ecclesiasticos occidunt, et in consuetudine habent sodomiticum scelus, et qui in consuetudine habent contra naturam peccare, et in ecclesiis homicidia sponte committunt, et ecclesias incendunt, et in ecclesiis adulteria committunt, et qui alia hujusmodi perpetrarunt.

Pœnitentia istius anni talis esse debet: ut duos dies, id est, secundam feriam et quartam in unaquaque hebdomada jejundet ad vesperam; et tunc reficiatur sicco cibo, id est, de pane et leguminibus siccis sed coctis, aut pomis, aut oleribus crudis; unum eligat ex his tribus, et utatur, et cervisiam bibat sed sobrie. Et tertium diem, id est, sextam feriam in pane et aqua observet, et tres quadragesimas jejundet ante Natale Domini unam, secundam ante Pascha, tertiam ante missam sancti Joannis. Et in his tribus quadragesimis jejundet duos dies ad nonam in hebdomada, et de sicco cibo comedat, ut supra notatum est; et sextam feriam jejundet et in pane et aqua, et in Dominicis diebus, et in Natali Domini, et in Pentecoste quatuor illos dies; et in Epiphania unum diem, et in Pascha usque ad septimum diem, et in Ascensione Domini, et in missa sancti Joannis Baptistæ, et sanctæ Mariæ, et duodecim apostolorum, et sancti Michaelis, et sancti Remigii, et Omnium Sanctorum, et sancti Martini, et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. Et in his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis, sed tamen ebrietatem et ventris distentionem semper in omnibus caveat.

#### CAPITULUM II.

*De illis qui jejunare non possunt, et adimplere quod in Pœnitentiali scriptum est.*

Qui jejunare potest, et implere quod in Pœnitentiali scriptum est, bonum est, et Deo gratias referat. Qui autem non potest, ei per misericordiam Dei consilium damus tale, ut nec sibi, nec alicui necesse sit desperare vel perire.

#### CAPITULUM III.

*De redemptione illius anni, quem in pane et aqua jejunare debet.*

Primo die quem in pane et aqua jejunare debet, quinquaginta psalmos in ecclesia, si fieri potest, decantet flexis genibus; sin autem, in loco convenienti eadem faciat, et unum pauperem pascat, et eo die excepto vino, carne et sagimine, sumat quidquid velit. Si autem talis est, qui tandiu in genibus jacere non possit, faciat autem sic in ecclesia, si fieri possit. Sic autem in uno loco stando intente se-

ptuaginta psalmos per ordinem decantet, et pauperem pascat, et eo die excepto vino carne et sagimine, sumat quidquid velit. Qui in ecclesia genua centies flexerit, id est, si centies veniam petierit, si fieri potest, in ecclesia fiat: hoc justissimum est. Si autem fieri non potest, secreta in loco convenienti hoc faciat. Si sic fecerit, eo die excepto vino et carne et sagimine, sumat quod placet. Qui psalmos non novit, unum diem, quem in pane et aqua pœnitere debet, dives denariis tribus, pauper uno denario redimat. Et eo die excepto vino, carne et sagimine sumat quod placeat. Alio modo, quidam dicunt viginti palmatas valere pro uno die.

#### CAPITULUM IV.

*De redemptione unius hebdomadæ, quam in pane et aqua jejunare debet.*

Pro una hebdomada, quam in pane et aqua jejunare debet, trecentos psalmos genibus flexis in ecclesia decantet. Si autem hoc facere non potest, tria psalteria in ecclesia vel in loco convenienti intente decantet; et postquam psallerit, excepto vino, carne et sagimine, sumat quidquid velit.

Pro uno mense, quem in pane et aqua pœnitere debet, psalmos mille ducentos flexis genibus decantet; et omni die si velit, et si abstinere non vult, reficiat se ad sextam horam, nisi [feria] quarta, sexta jejundet ad nonam; et a carne et sagimine et vino lotum mensem se absteineat. Alium autem cibum, postquam psalmos supradictos decantaverit, sumat. Isto ordine totus ille annus redimendus est.

#### CAPITULUM V.

*De illis qui jejunare non possunt, et nesciunt, quomodo pœnitentiam unius anni, quem jejunare debent, in pane et aqua redimere possint.*

Qui vero psalmos non novit, et jejunare non potest, pro uno anno quem in pane et aqua jejunare debet, det pauperibus in eleemosynam viginti duos [viginti sex] solidos, et omnes sextas ferias jejundet in pane et aqua, et tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha, quadraginta dies ante festiuitatem sancti Joannis Baptistæ: et si ante festiuitatem aliquid remanserit, postea adimpleat. Et quadraginta dies ante Natale Domini. In istis tribus quadragesimis quidquid ori suo præparatur in cibo, vel in potu, vel cujuscunque generis sit, illud æstimet quanti pretii sit, vel esse possit; et medietatem illius pretii distribuat in eleemosynam pauperibus, et assidue oret et roget Dominum, ut oratio ejus et eleemosynæ ejus apud Deum acceptabiles sint.

#### CAPITULUM VI.

*De redemptione unius anni, quem pœnitere debet in pane et aqua.*

Item qui jejunare non potest, et observare quod in Pœnitentiali scriptum est, faciat hoc quod sanctus Bonifacius papa constituit pro uno die, quem in pane et aqua pœnitere debet. Roget presbyterum ut mis-

<sup>a</sup> Bedæ canones ad remedia peccatorum, cap. 14, *De diversis causis*; Regino, l. II, c. 444.

<sup>b</sup> Regino, l. II, c. 440; Burch., l. IX, c. 18.

<sup>c</sup> Regino, l. II, c. 439; Burch., l. XIX, c. 19.

<sup>d</sup> Regino, l. II, c. 441; Burch., l. XIX, c. 20

<sup>e</sup> Pœnitent. Rom., tit. 9, cap. 28; Burchard. lib. XIX, c. 21; Ivo, p. XV, c. 201; ex Theodoro.

sam cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia, quæ a confessa prius lavari cum lacrymis debent. Et tunc ipse adsit, et audiat. Et devote ipse offerat propriis manibus panem et vinum manibus sacerdotis; et intente respondeat, quantum sapit, ad salutationes et exhortationes sacerdotis: et humiliter Dominum deprecetur, ut oblatio quam ipse et presbyter pro se et pro peccatis suis Deo obtulerat, Deus omnipotens misericorditer per angelum suum suscipere dignetur; et eo die excepto vino, carne et sagimine, comedat quicquid vult, et sic redimat reliquos dies anni.

#### CAPITULUM VII.

*De iis qui jejunare non possunt, et habent unde redimere possint.*

**A** Si quis forte non potest jejunare, et habuerit unde redimere possit, si dives fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos viginti. Si non habuerit unde tantum dare possit, det decem solidos. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem conturbet, quod iussimus dare solidos viginti, aut minus, quia facilius est illi, si dives fuerit, dare solidos viginti, quam pauperi tres. Sed attendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive super sanctum altare, seu Dei servus, aut pauperibus in eleemosynam.

#### CAPITULUM VIII.

*De iis qui non possunt adimplere quod in Pœnitentiali scriptum est.*

**B** Qui non possunt sic agere pœnitentiam, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos jejunare debet, et jejunare non potest, sic redimere potest. Primo anno eroget solidos viginti [sex] in eleemosynam. Secundo anno eroget solidos viginti, et tertio anno octodecim solidos, hoc est, solidos sexaginta quatuor. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur; qui illicita committunt, etiam a licitis abstinere debent, et corpus debent affligere jejuniis, vigiliis, et crebris orationibus. Caro enim læta trahit ad culpam, afflicta autem reducit ad veniam.

#### CAPITULUM IX.

*De iis qui jejunare non possunt, nec habent unde redimere possint.*

**D** Qui jejunare non potest, et non habet unde redimat, et psalmos novit, pro uno die, quem in pane et aqua jejunare debet, tribus vicibus *Beati immaculati* usque ad *Dominum contribularer* decantet; et sexties *Miserere mei Deus*, et septuagies prosternat se in terram, et per singulas genuflexiones *Pater noster* decantet. Qui autem psalmos nescit, pro uno die quem in pane et aqua jejunare debet, centies prosternat se in terram, et per singulas genuflexiones *Pater noster* decantet.

<sup>a</sup> Pœnit. Rom., tit. 9, c. 29; Halitgar.; Regino, l. II, c. 438; Burch., l. XIX, c. 22; Ivo, p. XV, c. 202.

<sup>b</sup> Pœnit. Rom., tit. 9, cap. 30; Regino, l. II, cap. 448; Burch., l. XIX, c. 23; Ivo, p. XV, c. 203.

<sup>c</sup> Ista a nullo antiquo auctore ecclesiastico citantur ex Theodoro.

#### CAPITULUM X.

*De redemptione septem annorum.*

Item alio modo duodecim triduanæ singula cum psalteriis tribus impletis, et cum palmatis trecentis per singula psalteria excusant unius anni pœnitentiam. Et viginti quatuor biduanæ similiter cum psalteriis impletis, et cum palmatis trecentis per singula psalteria excusant duos annos. Septuaginta quinque psalmi cum palmatis trecentis excusant biduanam. Centum psalmi cum palmatis trecentis excusant triduanam. Centum viginti missæ speciales singulæ cum tribus psalteriis, et cum trecentis palmatis excusant annum. Centum solidi dati in eleemosynam annum excusant.

#### CAPITULUM XI.

*De pœnitentibus.*

**d** Ut in capite jejunii omnes publice pœnitentes in civitate veniant ante fores ecclesiæ nudis pedibus, et cilicio induti episcopo suo se repræsentent. In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsentent episcopo sacco induti, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu et vultu proclamantes. Ibi adesse debent archipresbyteri parochiarum, id est, presbyteri pœnitentium qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, et secundum modum culpæ pœnitentiam præfixos gradus injungant. Post hæc in ecclesiam eos introducat, et cum omni clero septem pœnitentiales psalmos in terram prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat. Deinde cilicio capita eorum cooperiat, et cum gemitu et crebris suspiriis eis denuntiet, quod sicut Adam projectus est de paradiso, ita et ipsi pro peccatis ab ecclesia abjiciuntur. Post hæc juheat ministris, ut eos extra januam ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequitur eos cum responsorio: *In sudore vultus tui*, etc. Ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum presbyteris ecclesiæ luminibus repræsententur.

#### CAPITULUM XII.

*De admonitione principalium vitiorum, et eorum speciebus.*

<sup>e</sup> Nunc tibi octo principalia peccata explicabo. Si in illis te percussum, tactum, vulneratum sentis, vide ne mihi celes, id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. <sup>f</sup> De superbia, quæ initium omnis peccati

<sup>d</sup> Regino, l. I, c. 291; ex conc. Agathensi; Burch. lib. XIX, c. 36.

<sup>e</sup> Regino, lib. I de Eccles. Discip., cap. 300; capitulare Theodulfi c. 31; Burch. lib. XIX, c. 6.

<sup>f</sup> Vide S. Greg., l. XXXI Moral., cap. 17.

Est et regina omnium malorum, nascitur inobediencia, A præsumptio, et pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De vana gloria, jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupido et hypocrisis. De ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemix, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sæpe etiam et præsentis vitæ maxima delectatio. De avaritia oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinæ, inquietudo, violentiæ, injusta judicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblitio, obduratio cordis. De ventris ingluvie propagatur inepta lætitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus. De luxuria generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, oculorum vel lotius corporis præcipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus præsentis sæculi, horror et desperatio futuri.

## CAPITULUM XIII.

De virtutibus, quibus eadem vitia superari possunt; et de conclusione pœnitentiæ.

Ergo si superbus fuisti usque modo, humilia te ipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita ne propter transitoriam laudem æternam perdas mercedem. Si invidiæ rubigo te huc usque contumax, quod est peccatum maximum et super omnia detestabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum quod ipse per suam culpam perdidit, ago pœnitentiam, et profectum aliorum, tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam et longanimitatem meditare. Si avaritiæ morbus te gravat, cogita quod radix est omnium malorum, et idololatriæ comparatur: et ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, quæ instultorum sinu requiescit dominari debes animo tuo, et hanc a te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluviæ te ad devorandum protrahit, sobrietatem sectare. Si luxuria, castitatem vove.

Postquam de his factis confessus fuit, tunc dicat sacerdos: Recognoscis te esse culpabilem de omnibus peccatis tuis, quæ post baptismum sciendo vel nesciendo recordaris, in verbo aut in opere, aut cogitatione contra mandatum Dei egisse? — *Resp.* Facio.

*Interr.* Promittis te de præteritis culpis emendare, et omnes adinventiones diaboli abrenunciare? — *Resp.* Promitto.

*Interr.* Habes fidem confessam et peccata confessa Deo et sacerdoti suo, ut remittantur tibi peccata tua? Credis hoc? — *Resp.* Credo.

*Interr.* Habes in voluntate tua, quod egisti contra mandata Dei hoc emendare? — *Resp.* Habeo.

<sup>a</sup> Vide Regin. ibidem; Burch., l. xix, c. 7.

*Interr.* Unde confessus fuisti, vis pœnitentiam suscipere, et illam bene custodire, et omnes adinventiones diaboli abrenunciare, et sanctam Trinitatem credere. — *Resp.* Volo.

Tunc prosternat se pœnitens in terram, et cum lacrymis dicat: Et in his et in aliis vitis quibuscunque humana fragilitas contra Dominum et creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse et reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco et confiteor. Humiliter etiam te, sacerdos Dei, exposco ut intercedas pro me et peccatis meis ad Dominum et creatorem nostrum, quatenus de his et de omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam consequi merear.

## ORATIO.

Tunc sacerdos dicat: Misereatur tibi Christus Filius Dei; donec tibi Deus veram pœnitentiam facere, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, veram humilitatem et sapientiam, sobrietatem et tolerantiam, bonum finem et perseverantiam bonam. Indulgeat tibi Deus omnia peccata tua præterita, præsentia, et futura. Illuminet te Spiritus sanctus, sensum tuum dirigat, animam tuam salvet, cogitationes sanctas tibi inspiret, ad vitam æternam te perducat.

Deinde sacerdos cum pœnitente se prosternat in terra, et decantet hos psalmos: *Miserere mei Deus, usque ad omnes iniquitates meas dele. Benedic anima mea Dominum usque ad renabitur. Salvum fac servum tuum, Domine. Mittat auxilium tibi de sancto. Custodiat Dominus te ab omni malo, etc.*

## ORATIO.

Christus Filius Dei vivi perseverare te in bonis operibus faciat cunctis diebus vitæ tuæ, et perducat in vitam æternam. Amen.

## ORATIO.

Deus cujus indulgentia nemo non indiget, memento famuli tui, qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus est, quæsumus, da veniam contenti, parce supplici, ut qui suis peccatis accusatur, tua miseratione salvetur.

## ORATIO.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus et petimus, ut precibus nostris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, qui etiam remittis omnia crimina, et peccata universa condonas; deaque huic famulo tuo, Domine, pro peccatis veniam, pro mœrore lætitiæ, pro morte vitam, et de tua misericordia confidens pervenire mereatur ad vitam æternam.

## ORATIO.

Omnipotens et misericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confessione sceleris posuisti, succurre lapsi, miserere confessi, ut quem delictorum

sam cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia, quæ a confessa prius lavari cum lacrymis debent. Et tunc ipse adsit, et audiat. Et devote ipse offerat propriis manibus panem et vinum manibus sacerdotis; et intente respondeat, quantum sapit, ad salutationes et exhortationes sacerdotis: et humiliter Dominum deprecetur, ut oblatio quam ipse et presbyter pro se et pro peccatis suis Deo obtulerat, Deus omnipotens misericorditer per angelum suum suscipere dignetur; et eo die excepto vino, carne et sagimine, comedat quidquid vult, et sic redimat reliquos dies anni.

#### CAPITULUM VII.

*De iis qui jejunare non possunt, et habent unde redimere possint.*

a Si quis forte non potest jejunare, et habuerit unde redimere possit, si dives fuerit, pro septem hebdomadibus det solidos viginti. Si non habuerit unde tantum dare possit, det decem solidos. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem conturbet, quod iussimus dare solidos viginti, aut minus, quia facilius est illi, si dives fuerit, dare solidos viginti, quam pauperi tres. Sed attendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive super sanctum altare, seu Dei servus, aut pauperibus in eleemosynam.

#### CAPITULUM VIII.

*De iis qui non possunt adimplere quod in Pœnitentiali scriptum est.*

b Qui non possunt sic agere pœnitentiam, ut superius diximus, faciat sic. Si tres annos continuos jejunare debet, et jejunare non potest, sic redimere potest. Primo anno eroget solidos viginti [sex] in eleemosynam. Secundo anno eroget solidos viginti, et tertio anno octodecim solidos, hoc est, solidos sexaginta quatuor. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur; qui illicita committunt, etiam a licitis abstinere debent, et corpus debent affligere jejuniis, vigiliis, et crebris orationibus. Caro enim læta trahit ad culpam, afflicta autem reducit ad veniam.

#### CAPITULUM IX.

*De iis qui jejunare non possunt, nec habent unde redimere possint.*

Qui jejunare non potest, et non habet unde redimat, et psalmos novit, pro uno die, quem in pane et aqua jejunare debet, tribus vicibus Beati immaculati usque ad Dominum contribularer decantet; et sexties Miserere mei Deus, et septuagies prosternat se in terram, et per singulas genuflexiones Pater noster decantet. Qui autem psalmos nescit, pro uno die quem in pane et aqua jejunare debet, centies prosternat se in terram, et per singulas genuflexiones Pater noster decantet.

a Pœnit. Rom., tit. 9, c. 29; Halitgar.; Regino, l. II, c. 438; Burch., l. XIX, c. 22; Ivo, p. XV, c. 202.

b Pœnit. Rom., tit. 9, cap. 30; Regino, l. II, cap. 445; Burch., l. XIX, c. 23; Ivo, p. XV, c. 203.

c Ista a nullo antiquo auctore ecclesiastico citantur ex Theodoro.

#### CAPITULUM X.

*De redemptione septem annorum.*

Item alio modo duodecim triduanæ singula cum psalteriis tribus impletis, et cum palmatis trecentis per singula psalteria excusant unius anni pœnitentiam. Et viginti quatuor biduanæ similiter cum psalteriis impletis, et cum palmatis trecentis per singula psalteria excusant duos annos. Septuaginta quinque psalmi cum palmatis trecentis excusant biduanam. Centum psalmi cum palmatis trecentis excusant triduanam. Centum viginti missæ speciales singulæ cum tribus psalteriis, et cum trecentis palmatis excusant annum. Centum solidi dati in eleemosynam annum excusant.

#### CAPITULUM XI.

*De pœnitentibus.*

d Ut in capite jejunii omnes publice pœnitentes in civitate veniant ante fores ecclesiæ nudis pedibus, et cilicio induti episcopo suo se repræsentent. In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsentent episcopo sacco induti, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu et vultu proclamantes. Ibi adesse debent archipresbyteri parochiarum, id est, presbyteri pœnitentium qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, et secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungant. Post hæc in ecclesiam eos introducat, et cum omni clero septem pœnitentiales psalmos in terram prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat. Deinde cilicio capita eorum cooperiat, et cum gemitu et crebris suspiriis eis denuntiet, quod sicut Adam projectus est de paradiso, ita et ipsi pro peccatis ab ecclesia abjiciuntur. Post hæc jubeat ministris, ut eos extra januam ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequitur eos cum responsorio: *In sudore vultus tui*, etc. Ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum presbyteris ecclesiæ luminibus repræsententur.

#### CAPITULUM XII.

*De admonitione principalium vitiorum, et eorum speciebus.*

e Nunc tibi octo principalia peccata explicabo. Si in illis te percussum, tactum, vulneratum sentis, vide ne mihi celes, id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingulviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. f De superbia, quæ initium omnis peccati

d Regino, l. I, c. 291; ex conc. Agathensi; Burch. lib. XIX, c. 36.

e Regino, lib. I de Eccles. Discip., cap. 300; capitulare Theodulfi c. 31; Burch. lib. XIX, c. 6.

f Vide S. Greg., l. XXI Moral., cap. 17.

Est et regna omnium malorum, nascitur inobedientia, A presumptio, et pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De vana gloria, jactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupido et hypocrisis. De ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliaz, clamor, indignatio, presumptio, blasphemiaz, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria. De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sæpe etiam et presentis vitæ maxima delectatio. De avaritia oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, perjuria, rapinæ, inquietudo, violentiæ, injusta judicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis oblitio, obduracy cordis. De ventris ingluvie propagatur inepta lætitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus. De luxuria generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, oculorum vel totius corporis præcipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus presentis sæculi, horror et desperatio futuri.

### CAPITULUM XIII.

*De virtutibus, quibus eadem vitia superari possunt; et de conclusione poenitentiaz.*

Ergo si superbus fuisti usque modo, humilia te ipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita ne propter transitoriam laudem æternam perdas mercedem. Si invidiæ rubigo te huc usque consumpsit, quod est peccatum maximum et super omnia detestabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum quod ipse per suam culpam perdidit, ago poenitentiam, et profectum aliorum, tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam et longanimitatem meditare. Si avaritiæ morbus te gravat, cogita quod radix est omnium malorum, et idololatriæ comparatur: et ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, quæ in stultorum sinu requiescit dominari debes animo tuo, et hanc a te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluvis te ad devorandum protrahit, sobrietatem sectare. Si luxuria, castitatem vove.

Postquam de his factis confessus fuit, tunc dicat sacerdos: Recognoscis te esse culpabilem de omnibus peccatis tuis, quæ post baptismum sciendo vel nesciendo recordaris, in verbo aut in opere, aut cogitatione contra mandatum Dei egisse? — *Resp.* Facio.

*Interr.* Promittis te de præteritis culpis emendare, et omnes adinventiones diaboli abrenunciare? — *Resp.* Promitto.

*Interr.* Habes fidem confessam et peccata confessa Deo et sacerdoti suo, ut remittantur tibi peccata tua? Credis hoc? — *Resp.* Credo.

*Interr.* Habes in voluntate tua, quod egisti contra mandata Dei hoc emendare? — *Resp.* Habeo.

<sup>a</sup> Vide Reg. ibidem; Burch., l. xix, c. 7.

*Interr.* Unde confessus fuisti, vis poenitentiam suscipere, et illam bene custodire, et omnes adinventiones diaboli abrenunciare, et sanctam Trinitatem credere. — *Resp.* Volo.

Tunc prosternat se poenitens in terram, et cum lacrymis dicat: Et in his et in aliis vitis quibuscunque humana fragilitas contra Dominum et creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse et reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco et confiteor. Humiliter etiam te, sacerdos Dei, exposco ut intercedas pro me et peccatis meis ad Dominum et creatorem nostrum, quatenus de his et de omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam consequi merear.

### ORATIO.

Tunc sacerdos dicat: Misereatur tibi Christus Filius Dei; donet tibi Deus veram poenitentiam facere, fidem rectam, spem certam, charitatem perfectam, veram humilitatem et sapientiam, sobrietatem et tolerantiam, bonum finem et perseverantiam bonam. Indulgeat tibi Deus omnia peccata tua præterita, præsentia, et futura. Illuminet te Spiritus sanctus, sensum tuum dirigat, animam tuam salvet, cogitationes sanctas tibi inspiret, ad vitam æternam te perducat.

Deinde sacerdos cum poenitente se prosternat in terra, et decantet hos psalmos: *Miserere mei Deus, usque ad omnes iniquitates meas dele. Benedic anima mea Dominum usque ad renovabitur. Salvum fac servum tuum, Domine. Mittat auxilium tibi de sancto. Custodiat Dominus te ab omni malo, etc.*

### ORATIO.

Christus Filius Dei vivi perseverare te in bonis operibus faciat cunctis diebus vitæ tuæ, et perducat in vitam æternam. Amen.

### ORATIO.

Deus cujus indulgentia nemo non indiget, memento famuli tui, qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus est, quæsumus, da veniam contenti, parce supplici, ut qui suis peccatis accusatur, tua miseratione salvetur.

### ORATIO.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus et petimus, ut precibus nostris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, qui etiam remittis omnia crimina, et peccata universa condonas; deique huic famulo tuo, Domine, pro peccatis veniam, pro mœnore lætitiæ, pro morte vitam, et de tua misericordia confidens pervenire mereatur ad vitam æternam.

### ORATIO.

Omnipotens et misericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confessione sceleris posuisti, succurre lapsos, miserere confessi, ut quem delictorum

catena constringit, magnitudo tuæ pietatis absolvat. **A**

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, confitenti huic famulo tuo N. pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conscientie reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ pietatis ad veniam.

ORATIO.

Precor, Domine, clementiæ et misericordiæ tuæ majestatem, ut famulo tuo N. peccata et facinorosa sua confitenti debitam relaxationem et veniam præstare digneris, et præteritorum criminum culpas indulgeas. Qui humeris tuis ovem perditam reduxisti, qui publicani precibus et confessione placatus es, tu etiam, Domine, huic famulo tuo placatus esse digneris. Tu hujus precibus benignus aspira, ut in confessione placabilis permaneat. Fletus ejus et petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exorent, sanctisque altaribus restitutus spei rursus æternæ ac cœlesti gloriæ mancipetur. Qui vivis et regnas, etc.

ORATIO.

Deus omnipotens sit adjutor et protector tuus, et præstet indulgentiam de peccatis tuis præteritis, præsentibus, et a futuris.

#### CAPITULUM XIV.

*Ut nullus episcopus, vel presbyter alterius pœnitentem sine litteris sui episcopi suscipiat.*

Curandum est vero maxime, et omni cautela providendum, ne quis fratrum, cœpiscoporumque nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius civitate vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit esse, sine episcopi vel presbyteri testimonio et litteris, ad cujus pertinet parochia, suscipiat.

#### CAPITULUM XV.

*De illis qui animalia a bestiis dilacerata, et laqueis strangulata comedunt.*

<sup>b</sup> Animalia, quæ a lupis seu a canibus lacerantur, non sunt comedenda: nec corvus, nec capreus, si mortui inventi fuerint; nisi forte ab homine adhuc viva occidantur prius, sed porcis et canibus dentur. Aves vero et animalia cætera, si in retibus strangulentur, non sunt comedenda; nec si oppresserit accipiter, et si sic mortua inveniuntur: quia in Actibus apostolorum præcipitur abstinere a fornicatione, a sanguine, et suffocato, et idololatria.

#### CAPITULUM XVI.

*De apibus, si homines occiderint.*

<sup>c</sup> Apes, si hominem occidunt, ipsæ quoque festinentur occidi, mel tamen manducetur.

#### CAPITULUM XVII.

*De porcis et gallinis, si sanguinem hominum comedunt.*

<sup>d</sup> Si porci vel gallinæ sanguinem hominis come-

<sup>a</sup> Regino, l. 1 de Eccl. Disc., cap. 300; Burch., l. xix, c. 17.

<sup>b</sup> Greg. III Judicia c. 29; Bedæ can. *De diversis causis*, cap. 14. Antiquum Pœnitent. Rom. ab Halitgario exscriptum, c. 10; Burch., l. xix, c. 85; Ivo, p. xv, c. 97, ex Pœnitent. Theod.

<sup>c</sup> Burch., l. xix, c. 86; Ivo, p. xiv, c. 98, ex Pœnitent. Theod.

<sup>d</sup> Burch., l. xix, c. 88; Ivo, p. xv, c. 99.

dunt, mox occidantur et projiciantur, et cætera caro manducetur. Si autem tardatur occisio, non comedantur. Si autem cadavera laceraverint mortuorum, macerentur, et post anni circulum comedantur. Si autem porci occiderint hominem, statim interficiantur et sepeliantur.

#### CAPITULUM XVIII.

*De illis qui carnem morticinam, vel immundam comederint.*

<sup>e</sup> Qui manducat carnem immundam, aut morticinam, aut dilaceratam a bestiis, quadraginta dies pœniteat. Si autem necessitate famis contingat, multo levius est.

#### CAPITULUM XIX.

*De illis qui sanguine, vel alio immundo polluantur.*

<sup>f</sup> Qui sanguine, vel quocunque immundo polluitur, si nescit qui manducat, leve est. Si autem scit, pœniteat juxta modum pollutionis.

#### CAPITULUM XX.

*De illis qui comedunt, aut bibunt immundis animalibus tactum vel intinctum.*

<sup>g</sup> Qui comedit, vel bibit intinctum a familiari bestia, id est, cane, etc., et scit, centum psalmos cantet. Si nescit, duos dies jejundet, vel si redimere voluerit, quinquaginta psalmos cantet. Qui dederit liquorem in quo mus vel mustela mortui inventi sunt, si laicus est, septem dies pœniteat. Si in cœnobiis contigit, trecentos psalmos cantet. Qui postea noverit, quod talem potum biberit, centum quinquaginta cantet. Si quis comederit semicoctum inscius, tres dies pœniteat, vel psalterium cantet; sciens autem, septem dies pœniteat. Pro furto modico viginti dies pœniteat. Puer qui est annorum decem aliquid furtum faciens, septem dies pœniteat. Si quis tinxerit manum in aliquo cibo liquido et non idonea manu, centum palmatis emundetur. Si in farina, aut in aliquo sicco cibo, aut in pulve, aut in lacte coagulato mus vel mustela inveniuntur mortui, quod in circuitu ejus est, totum projicietur foras; quod relictum est, manducetur.

#### CAPITULUM XXI.

*De illis qui diu reticent peccata sua.*

<sup>h</sup> Sciendum vero est, quantum quis opere moratur in peccatis, tanto magis agenda est pœnitentia.

#### CAPITULUM XXII.

*De illis qui aliquem in ira percusserunt.*

<sup>i</sup> Si quis aliquem per iram percusserit, et sanguinem effuderit, si laicus est, viginti dies pœniteat; clericus, triginta. Illi autem, qui gradum habent, amplius pati debent: diaconus sex menses, presbyter unum annum, episcopus duos annos et sex menses.

<sup>e</sup> Theod., cap. 83; Bedæ can. *De diversis causis*, cap. 14; Reg. l. II, c. 399; Burch., l. xix, c. 88; Ivo, p. xv, c. 100, ex Pœnitent. Theod.

<sup>f</sup> Burch., l. xix, c. 90; Ivo, p. xv, c. 102.

<sup>g</sup> Bedæ canones ad remedia peccat., c. 14, *De diversis causis*.

<sup>h</sup> Regino, l. II, c. 436; Burch., l. IX, c. 68.

<sup>i</sup> Regino, l. II, c. 435.

## CAPITULUM XXIII.

*De illis qui truncationes membrorum fecerunt.*

<sup>a</sup> Qui per rixam ictu debilem vel deformem hominem fecerit, reddat impensas medico, <sup>b</sup> et medium annum pœniteat. Si non habuerit unde reddat, annum unum pœniteat. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum quantum nocuit. Et si non habet unde reddat, solvat in opere proximi sui, quandiu ille infirmus. Et postea quadraginta dies in pane et aqua pœniteat.

## CAPITULUM XXIV.

*De eodem.*

Qui ictum proximo dederit, et non nocuerit, tres dies in pane et aqua pœniteat. Si clericus, annum, vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrum voluntate sua truncaverit, tres annos pœniteat in pane et aqua. Parvuli se invicem percutientes, tres dies. Si vero adolescentes, viginti dies pœniteant.

## CAPITULUM XXV.

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, et non potuerunt.*

Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere, tres septimanas pœniteat. Si clericus fuerit, sex menses. Quod si vulneraverit, quadraginta dies. Si clericus clericum, annum totum: sed et pecuniam pro modo vulneris, cui inflixit, tribuat.

## CAPITULUM XXVI.

*De illis qui sibi ipsis mortem inferunt.*

Placuit, ut qui sibi ipsis voluntariam per ferrum, aut venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo inferunt mortem, nulla in oblatione pro illis commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam deducantur eorum cadavera. Multi enim hoc sibi jus usurpant per ignorantiam; similiter et de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. Quicumque se propria voluntate, aut in aqua jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariæ se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

## CAPITULUM XXVII.

*Ut feminae menstruatæ non offerant.*

<sup>d</sup> Mulieres menstruo tempore non offerant, nec sanctæmoniales, nec laicæ; si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant.

## CAPITULUM XXVIII.

*De illis feminis, quæ ante mundum sanguinem ecclesiam intrant, et quæ nupserint his diebus.*

<sup>e</sup> Mulier quæ intrat ecclesiam ante mundum sanguinem post partum: si masculum genuerit, triginta tres dies; si feminam, quinquaginta sex. Si quæ

<sup>a</sup> Regino, l. II, c. 54, ex Pœnitentiali.

<sup>b</sup> Impensas in medicos tribuat, et maculæ præfium et opus ejus, donec sanetur, restituat, et dimidium annum, etc.

<sup>c</sup> Conc. Bracharense II, c. 16; Halitgarius, l. IV, c. 6; Regino, ex concilio Brachar., cap. 15; Burch., l. XI, c. 150.

<sup>d</sup> Vide Pœnitent. Th., cap. *De quæst. conjugiorum.*

<sup>e</sup> Vide ad hoc caput notas.

<sup>f</sup> Regino, l. II, c. 251; Burch., l. XVII, c. 42.

A autem præsumpserit ante tempus præfinitum ecclesiam intrare, tot dies in pane et aqua pœniteat, quot ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cum ea ex his diebus, decem dies in pane et aqua pœniteat.

## CAPITULUM XXIX.

*De illis qui libidinosè obtrectaverint puellam, aut mulierem.*

<sup>f</sup> Si quis obtrectaverit puellæ, aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum, si clericus est, quinque dies; si laicus, tres dies pœniteat. Monachus, vel sacerdos a ministerio divino suspensi, si quid tale fecerint, viginti dies pœniteant. Scriptum est enim, *neque tetigeris, neque obtrectaveris turpitudinem feminarum.*

## CAPITULUM XXX.

*De illis qui cum mulieribus in balneo se laverint.*

<sup>g</sup> Si quis in balneo se lavare præsumpserit cum mulieribus, tres dies pœniteat, et ulterius non præsumat.

## CAPITULUM XXXI.

*Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare, vel confessionem audire, quam episcopus vel presbyter.*

<sup>h</sup> Sicut enim sacrificium offerre non debent, nisi episcopi, vel presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt, sic nec pœnitentium judicia alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit, ut presbyter non fuerit præsens, diaconus suscipiat pœnitentem ad communionem sanctam.

## CAPITULUM XXXII.

*De temporibus quibus se continere debent conjugati.*

<sup>i</sup> In tribus quadagesimis anni, et in die Dominico, et quarta feria et sexta conjugati se continere debent; nec illis diebus copulari, quandiu gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit usque ad partum, a partu post triginta tres dies, si filius; si autem filia, post quinquaginta sex.

## CAPITULUM XXXIII.

*De femina quæ sponte filium suum occiderit.*

<sup>j</sup> Si mater filium sponte occiderit, quindecim [decem] annos pœniteat, et nunquam mutet, nisi Dominica die. Mulier autem pauperula, si fecerit, pro difficultate nutriendi, sex annos pœniteat.

## CAPITULUM XXXIV.

*De illis qui parentum honorem non servant.*

<sup>k</sup> Si quis inhonoraverit patrem aut matrem, tres annos pœniteat. Quod si manum levaverit, aut ei percussorem intulerit, septem annos pœniteat.

## CAPITULUM XXXV.

*De illis qui die Dominico nupserint.*

<sup>l</sup> Si quis die Dominico nupserit, petat a Domino

<sup>g</sup> Pœnit. Rom., tit. 3, c. 28; Burch., lib. XVI, c. 138; Ivo, p. XV, c. 148.

<sup>h</sup> Halitgarius in præfat. Pœnit.; Regino, l. I, c. 296; Burch. l. XIX, c. 153, 154.

<sup>i</sup> Regino, l. I, c. 328, ex concilio Helibernensi; Burch., c. 19, c. 155. Vide cap. Pœnit. Th. *De quæstionibus conjugiorum*, et notas.

<sup>j</sup> Regino, l. I, c. 300; lib. II, c. 66, 67.

<sup>k</sup> Pœnit. Rom. tit. 4, c. 11, 12.

<sup>l</sup> Concilium, apud Theodoniam villam can. 4.



Indulgentiam, et quatuor dies pœniteat. Si principibus placuerit, aliisque suis fidelibus, rogemus ut collaudetur et subscribatur. Et collaudata est, et subscriptum est tam a principe, quam a cæteris omnibus.

#### CAPITULUM XXXVI.

*De illo qui presbyterum occiderit.*

<sup>a</sup> Qui presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia secundum canones imponatur, etiamsi negaverit. Si liber est, septuaginta dies jejundet. Si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se exparget. Convictus noxa ad ultimum vitæ tempus careat cingulo militiæ, et absque spe conjugii

#### CAPITULUM XXXVII.

*De eodem.*

<sup>b</sup> Qui sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat, et vinum non bibat, cunctis diebus vitæ suæ jejundet usque ad vesperam exceptis diebus festis; atque arma non sumat, equum non ascendat; ecclesiam per quinque annos ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes. Cum autem duodecimi anni cursus finitus erit, communicandi ei licentia concedatur, et equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purgari mereatur.

#### CAPITULUM XXXVIII.

*Ne presbyteri sine consensu episcoporum, per ecclesias constituentur, vel ab eis recipiantur.*

<sup>c</sup> Quicumque presbyter ecclesiam per pretium adeptus fuerit, omnino deponatur: cum eam contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam habere dignoscitur. Qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi totaliter vendicaverit; quod vitium late diffusum summo studio emendandum est. Itemque interdicendum est clericis sive laicis, ne quis quamlibet ecclesiam presbytero dare præsumat sine licentia et consensu sui episcopi.

#### CAPITULUM XXXIX.

*Quot testibus clerici devinci debeant.*

<sup>d</sup> Presbyter non adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolytus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolytum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem aliquam. Et non condemnabitur præsul, nisi in triginta duo; neque summus judicabitur a quoquam, quoniam scriptum est, *non est discipulus super magistrum*. Presbyter autem in cardine constitutus, nisi in quadraginta et quatuor testibus damna-

<sup>a</sup> Conc. Mogunt. sub Rab. c. 24; Regino, lib. xx, c. 43; Burch. l. vi, c. 7.

<sup>b</sup> Conc. Wormac. c. 26; Concil. Triburiense, c. 5; Regino, l. ii, c. 42; Burch., l. vi, c. 8.

<sup>c</sup> Conc. Turon. iii, c. 15; Conc. Mogunt. sub Rab., c. 42; Rab. ep. ad Herib., c. 49; Regino, l. i, c. 338.

<sup>d</sup> Vide concil. Rom. vulgo dictum ii, sub Silvestro, cap. 111. Supposita videntur Hincmaro, etc., istius concilii capita quæ hidorus sue collectioni iaseruit

bitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, ostiarius, nisi sicut scriptum est, in septem testibus non condemnabitur. Testes autem sine aliqua sint infamia, uxores et filios habentes, et omnino Christum prædicantes.

#### CAPITULUM XL.

*De fugitivis clericis.*

<sup>e</sup> Ut unusquisque episcopus in sua parochia diligenter presbyteros, vel clericos inquirat quoniam sint. Et si aliquem fugitivum invenerit, ad suam episcopum redire faciat.

#### CAPITULUM XLI.

*De his qui suspenduntur in patibulo*

<sup>f</sup> Quæsitum est ab aliquibus fratribus, de his qui in patibulo suspenduntur pro suis sceleribus, post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesiam deferenda sint, et oblationes pro eis offerendæ, et missæ celebrandæ, an non? Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, et digne pœnitentibus communicatio in fine secundum canonicum jussum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persolvunt, et confitentur, vel confiteri desiderant? Scriptum est enim: *Non judicabit Dominus bis in idipsum*. Nam ipse Dominus ait: *In quacunq; die conversus fuerit peccator, peccata ejus non reputabuntur ei*. Et iterum: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*. <sup>g</sup> Salutem ergo homini admittit, quisquis mortis tempore ei pœnitentiam denegavit.

#### CAPITULUM XLII.

*De furibus et raptoribus.*

<sup>h</sup> De furibus et raptoribus placet ut, si in ipsa præda occiduntur, pro eis minime orandum sit. Si vulnerati in desperationem prolapsi fuerint, et de pravitatibus suis se pœnuerint, et si supervixerint, Deo et sacerdoti se emendaturos repromiserint, communionem eis impendere non negamus.

#### CAPITULUM XLIII.

*De homicidiis non sponte commissis.*

<sup>i</sup> De homicidiis non sponte commissis, quali pœnitentiæ submittantur ii qui fecerunt, in episcopi sententia maneat. Postquam viderit illorum dignam pœnitentiam, clementius erga illos agat. Si quis filium suum non sponte occidit, juxta homicidia non sponte commissa pœniteat.

#### CAPITULUM XLIV.

*De continentia sacerdotis.*

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto lapsus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit

Citant Egb. Eb. cap. 142, l. v, Capitul. c. 159 C. M.

<sup>e</sup> Ex decreti Leonis I c. 39; Regino, l. i, c. 431.

<sup>f</sup> Conc. Mogunt. sub Rab., c. 27; Regino, l. ii, c. 93; Busch. l. xi, c. 76.

<sup>g</sup> Coelestinus, in epist. 2 ad episcopos provincie Viennensis et Narbonensis, cap. 2.

<sup>h</sup> Concil. Triburiense, c. 31; Regino, l. i, c. 94; Burch., lib. xi, c. 59.

<sup>i</sup> Th., c. 111; Pœnit. Rom. tit. 1, c. 1, ex Pœnit. Th.; Conc. Triburiense, cap. 53.

enim Scriptura : « Non iudicabit Dominus his in id-  
ipsum.

### CAPITULUM XLV

*De episcopis vel clericis.*

<sup>b</sup> Lex continentiam eadem est altaris ministris, quæ episcopis, aut presbyteris, qui cum essent laici, sive lactores, licite et uxores ducere, et filios procreare poterant. Sed cum ad prædictos pervenerint gradus, cepit eis non licere quod licuit. Unde et de carnali sit spiritale concubium. Oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant, sic habere, quæ salva sit charitas concubiorum, et cesset operatio nuptiarum.

### CAPITULUM XLVI.

*De crimine perpetrato in atrio ecclesiæ.*

Si in atrio ecclesiæ quislibet injuriaverit aliquem B presbyterorum, vel ibidem aliquod sacrilegium perpetraverit, altari et Domino c componatur.

### CAPITULUM XLVII.

*De ingenuo fidei accusato.*

Scelere si quis ingenuus fidelis notatur, liceat ei cum juramento se expurgare. Quod si quilibet ingenuus gravi infamia publicetur, ut eum populus superjuravit criminis haberi, si se excusare voluerit, d ferro se examinet.

### CAPITULUM XLVIII.

*De conjugatis qui nubere non possunt.*

<sup>b</sup> Quod autem interrogasti de his qui matrimonio juncti sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, quibus scriptum est : *Vir et mulier si se junxerint, et postea mulier de viro dixerit, quod non possit coire cum eo, si potest probare per fratrum judicium, quod verum est, accipiat alium.* C Item : *Si quis acceperit uxorem, et habeat ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicit quod non coisset cum eo, et ille vir dicit quod fecit invita; de viro constat, quia vir est caput mulieris.*

### CAPITULUM XLIX.

*De ordinatis, si ante, vel post ordinationem in criminalibus peccatis deprehensi fuerint.*

<sup>c</sup> De his ergo visum est nobis conscribi qui sacros ordines habent, et ante, vel post ordinationem contaminatos capitalibus criminibus se profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut si deprehensi vel capti fuerint publice in perjurio, furto, aut fornicatione, et cæteris hujusmodi criminalibus, secundum canonum sacrorum instituta a gradu proprio deponantur, quod scandalum sit populo Dei personas tales super se positas habere, quas ultra

<sup>a</sup> Can. sub nomine apost., c. 34; Basil., c. 3, epist. canon. ad Amphilochem; Burch., l. xvii, c. 59.

<sup>b</sup> Ex decretis Leonis I, cap. 17; Rabanus, in epist. ad Heribaldum, cap. 11; Regino, l. i, c. 96.

<sup>c</sup> Concil. Triburiense, c. 4 et 6; Regino, l. ii, c. 37; Burch., l. iii, c. 195.

<sup>d</sup> Rab. Pœnit., l. iii, cap. 6, ex Pœnit. Theod. De hac probatione vide egregium exemplum apud Aimoinum, l. v De gestis Francorum, cap. 34; Regino, lib. xi, c. 43; ex concilio Mogunciacensi cap. 24; Burch., lib. vi, c. 7.

<sup>e</sup> Vide epist. Rabani ad Herib., c. 29; Reg., lib. ii, c. 242, citat ex ep. Rabani.

modum vitiosas constat esse. Nempe inde detrahuntur homines a sacrificio, sicut quondam filius Heli peccantibus rebelles hinc inde contrarii existentes exemplis pravis quotidie pejores facti sunt. Qui autem de prædictis viris per occultam confessionem peccata a se absconse commissa coram oculis Dei, præsentem etiam sacerdote qui eis indicturus est pœnitentiam, confitentur et semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, et se per jejunia et eleemosynas, vigiliisque, atque sacras orationes cum lacrymis purgare certaverint, his etiam <sup>b</sup> gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

### CAPITULUM L.

*De illo qui per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam evomuerit.*

<sup>i</sup> Si quis per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam evomuerit, quadraginta dies pœniteat, si sit clericus, vel monachus seu diaconus; presbyter, septuaginta dies; episcopus nonaginta. Si pro infirmitatis causa evomuerit, septem dies pœniteat.

### CAPITULUM LI.

*Si aliquid de calice sacri sanguinis stillaverit.*

Si vero per negligentiam de calice aliquid stillaverit in terram, tabula radetur. Si non fuerit tabula ut non conculcetur, locus conradetur, et in igne consumetur, et cinis intra altare recondetur, et sacerdos quadraginta dies pœniteat. Si super altare <sup>i</sup> stillaverit calix, sorbeat minister stillam, et tres dies pœniteat; si usque ad tertiam, novem dies; si usque ad quartam, quindecim dies. Et linteamina quæ tetigerunt stillam tribus minister abluat vicibus calice subtus posito, et aqua ablutionis sumatur, et juxta altare recondatur.

### CAPITULUM LII.

*De illo qui evomit sacrificium, et a canibus consumitur.*

<sup>k</sup> Qui evomuerit sacrificium, et a canibus consumitur, annum unum pœniteat. Sin autem, quadraginta dies pœniteat. Si in die quando communicaverit, sacrificium evomuerit, si ante mediam noctem, tres superpositiones faciat; si post mediam noctem, duas; si post matutinas, unam.

### CAPITULUM LIII.

*De eodem.*

<sup>l</sup> Si vero sacrificium evomuerit, quadraginta dies pœniteat. Si infirmitatis causa, septem dies. Si in

<sup>f</sup> Vide supra cap. 11 veteris cod. Pœnit. De questionibus conjugiorum. Conc. Compend. c. 17.

<sup>g</sup> Pœnit. Rabani c. 4; Burch., lib. xix, c. 150; ex concilio Herdensi, in quo tamen non legitur hic canon. Ivo, p. vi, c. 400.

<sup>h</sup> Vide ep. Isidori Hispalensis ad Massonem episcopum.

<sup>i</sup> Regino, lib. i de Eccl. Disc., cap. 149; Burch., lib. v, c. 46.

<sup>j</sup> Vide Judicia Gregorii III, c. 28.

<sup>k</sup> Ivo, p. ii, c. 57.

<sup>l</sup> Pœnit. Rom., tit. 5, c. 8; Burch., lib. v, c. 49; Ivo, p. ii, c. 58.

ignem profecti, centum psalmos cantet. Si vero canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui evomit pœniteat.

## CAPITULUM LIV.

*De Eucharistia inveterata per quinquaginta dies.*

<sup>a</sup> Omne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, et cinis juxta altare sepe-  
liendus.

## CAPITULUM LV.

*De illis qui non bene custodierint corpus et sanguinem Domini.*

<sup>b</sup> Qui non bene custodierit sacrificium, et mus vel aliquod animal aliud comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars ejus ceciderit, et non inventa fuerit, viginti dies pœniteat. Profundens aliquid super altare de calice, quando offertur, sex dies pœniteat; aut si abundantius, septem dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem, dum solemnitas missæ celebratur, quadraginta dies pœniteat. Et qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, septem pœniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre, donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut vermibus consumptum ad nihilum devenit, <sup>c</sup> tres quadragesimas in pane et aqua pœniteat. Si integrum inventum fuerit, in eo vermis comburatur, et cinis sub altari condatur.

## CAPITULUM LVI.

*De eadem re.*

<sup>d</sup> Si ceciderit sacrificium de manibus offerentis terra tenus, et non inveniat, omne quodcumque inventum fuerit in loco in quo ceciderit, comburatur; et cinis, ut supra, abscondatur; et cui acciderat, ille medium annum pœniteat. Si vero sacrificium inventum fuerit, locus scopis mundetur, ut supra, com-

<sup>a</sup> Ivo, p. II, c. 59; ex concilio Arelatensi III, c. 5.

<sup>b</sup> Ivo p. II, c. 60; de Consecrat. dist. 2, c. Qui bene non.

<sup>c</sup> Gregorii III Judicia, c. 28.

<sup>d</sup> Ivo, p. II, c. 60.

<sup>e</sup> Gregorii III Judicia, c. 28.

buratur: et cinis, ut supra, recondatur, et sacerdos viginti dies pœniteat.

## CAPITULUM LVII.

*De eadem re.*

Si quis Eucharistiam negligentia causa perdidit, unum annum pœniteat, vel tres quadragesimas, seu quadraginta dies. Si sacrificium in terra perdidit, negligentia causa, quadraginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, ut vermes in eo sint, et colore non habeat saporemque, viginti vel triginta vel quadraginta dies pœniteat.

## CAPITULUM LVIII.

*Ut nullus injustas mensuras, et pondera injusta, lucri causa dare præsumat.*

<sup>f</sup> Ut mensuræ et pondera justa fiant, sicut in divinis legibus sancitum est; ergo statuimus ab omnibus hoc observandum. Et si quis justas mensuras et justa pondera lucri causa mutare præsumperit, in pane et aqua viginti dies pœniteat.

## CAPITULUM LIX.

*De matre quæ infantem suum juxta ignem posuerit, et sua negligentia mortuus est.*

<sup>g</sup> Mater, si juxta focum infantem suum posuerit, homo aquam in caldarium miserit, et ebullita aqua infans superflusus mortuus fuerit, pro negligentia mater pœniteat: et ille homo securus sit.

## CAPITULUM LX.

*De viris ordinatis, quorum peccata occulta sunt.*

<sup>h</sup> De viris ordinatis, quorum peccata occulta nec manifeste ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis confessionem episcopo sive presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur ut secundum id quod decretum fuerit ab episcopo vel presbytero, pœnitentiam agant non tepide, nec tarde, sed ferventer et sollicite; ac sic se veniam peccatorum a Domino percepturos, et gradum se retenturos confidant.

<sup>f</sup> Capitulare Aquisgranense, c. 74; conc. Arelat. VI, c. 14; conc. Turon. III, c. 45.

<sup>g</sup> Conc. Triburienae tempore Formosi papæ, c. 37.

<sup>h</sup> Pœnit. Rab., c. 1. Vid. Isidor. Hispal., ep. ad Massonem episc.

## CAPITULA PATRIBUS CONCILII HERUDFORDIÆ OBLATA A THEODORO PRÆSIDENTE,

*Collata cum tribus codicibus mss. Historiæ Anglorum Ven. Bedæ.*

Quibus, inquit Theodorus, statim protulisse eundem D librum canonum, et ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram: quia maxime nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, et ut hæc diligentius ab omnibus susciperentur, rogavi.

## I. De Pascha

<sup>a</sup> Ut sanctum diem Paschæ in commune omnes

<sup>a</sup> Conc. Arel. I, c. 4; decretum conc. Nicæni. Apud Euseb., lib. III de Vita Constantini, cap. 48; Athanas.,

servemus Dominica post decimam quartam lunam primi mensis.

## II. De episcopis

<sup>b</sup> Ut nullus episcoporum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

de Synodis; Theodoret., I. I Hist., c. 8; Vid. can. sub nomine apost. 7.

<sup>b</sup> Conc. Antioch., c. 3